

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Diuicie c
cum fonte primo

Morbus diuiciarum est superbia.
Nam grandis animus est
qui inter diuicias isto morbo non temptatur,
maior animus diuicias suas
uincens contempnendo.
Magnus ergo est diues
qui non se ideo magnum putat quia diues est.
Qui autem ideo se magnum putat
quia diues est,
superbus et egenus est.
In carne crepat, in corde mendicat;
inflatum est, non plenum.

Augustinus sermone XXIX.

Morbus autem diuitiarum est superbia magna.
Nam grandis animus est,
qui inter diuitias isto morbo non tentatur,
maior animus diuitiis suis,
uincens non concupiscendo sed contempnendo.
Magnus est ergo diues,
qui non se ideo magnum putat quia diues est.
Qui autem ideo se magnum putat,

superbus et egenus est.
In carne crepat, in corde mendicat;
inflatum est, non plenum.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 36.2
(CCSL 41, C. Lambot ed., pp.434-5, ll.30-36).